

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

40. Cap. Aliæ rationes, cur in confessione peccata declarare neminem  
pudere debeat.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56447)

Conscientia interim te diū noctūque  
lancinabit , neque animi pace fruēris  
unquam. Dœmon te in desperationem  
pertrahere, tibique persuadere conabitur,  
ut in omne flagitorum genus te totum  
effundas , cum de salute tua jam sit con-  
clamatum.

Hinc mœror & anxietas mortem,  
tanquam remedium angustiarum tuarum,  
te optare compellent ; illinc infelici-  
obitum , ut principium tormentorum,  
imminentis damnationis recordatio te  
coget exhorrescere.

Meliūs est ( inquit S. Augustinus , Co-  
rāns uno aliquantulum ruboris tolerare , qām  
in die judicij corām tot millibus hominum  
gravi repulsā denotatum tabescere.

## CAPVT XL.

*Aliorū rationes , cur in confessione peccata  
clarare neminem pudore debeat.*

**S**atiūs est citò noxas per confessionem  
te clucre qām ferò , satiūs est ho-  
die , qām die crastinā , satiūs modò  
qām posteā.

*Qui non est hodie cras minus aptus erit:  
si hodiernā die te pudeat , crastinā pude-  
bit multò magis.* Ne

Ne metue; quod per confessionem sci-  
tur, minùs sciur, quām quod nescitur.

Is , qui tibi à confessionibus est, non  
obstupescet auditis tuis criminibūs; nihil  
enim illi dixeris novi: multò graviora &  
fædiora flagitia antehac haud dubiè au-  
dierit.

Qui sacris tribunalibus præsunt similes  
sunt chirurgis, qui in castris aut in noso-  
comijs læsorum curam̄ habent. Tot fœ-  
tida, atque horribilia conspectu contrec-  
taverunt ulcera, ut ad omnia jam callum  
obduxerint. Vbi vulnus detectum est,  
malagma applicant, nihil inde commoti-

Par est eorum, qui sanandas animas  
curant, agendi modus. Si confessione  
peractâ quædam paterna tibi suggerant  
monita, malagnata sunt, curandis ani-  
mæ vulneribus admodum idonea.

Neque is cui peccata tua declarasti in  
animo suo te despiciet; iniquè enim age-  
ret, si te, quem Deus in gratiam recipere  
paratus est, aspernaretur.

Absolutione tibi irupertitâ non con-  
siderabit fœditatem tuorum scelerum, que  
preciosissimo J e s u sanguine jam sunt  
abluta; verū ad pulchritudinem divinæ  
gratiae, quâ anima tua modò resplendet,  
oculos convertet.

Gaudebit quoque adhiberi se , ut in salutem tuam incumbat , magisque te nunc diligit , quam antea ; quandoquidem argumento evidenti didicerit , tibi se in amore ac estimatione esse , sequitur virum ferventem , sapientem , sincerum ac benignum à te haberi . Amor provocat amorem .

Hicce omnibus rationibus si adduci nequeas , ut ei , qui à confessionibus tibi esse solet , quique omnium optimè iuvare te potest , peccata tua pandas ; alium , ne innotescas , accedas licet , dummodo verum , sincerumque dolorem , ac firmi emendationis propositū conceperis .

Præstat sacerdotem ignotum adire , eaque clam vel in tenebris noxas detegere , quam sacrilegam peragere confessionem , cujusmodi esset illa , quæ , huc illuc discurrendo , institucretur liberiū peccandi gratia .

## CAPUT XLI.

## DE CONSCIENTIA.

**A**ntequam quis in peccatum labitur , conscientia illi ad instar freni est , quo præcepis in malum cursus valeat inhiberi .

Oclamat